erit in terra/ q̃ si essent contrita et confracta/aut combusta. Vel hic notantur duo genera impugnationis ⁊ belli. Unũ occultũ:qõ fit p insidias:quod notat per arcũ:qui de longe ⁊ de occultis sagittas iaciens/homines ex improuiso vulnerat. Aliud manifestũ:in quo quidã alios inuadunt: ⁊ alij se defendunt. Et hunc modũ pugnãdi notat cũ dicit: a ¶Cõfringet arma:inuadentiũ ⁊ impetentiũ alios. b ¶Et scuta/defendentiũ se: c ¶Cõburet igni.i.penitus auferet. Et quare fecit dominus ita mundũ esse pacificatũ? Ut ipsi nõ occupati bellis/melius posset ⁊ liberius audire doctrinã dñi:⁊ apostoli per totũ mundũ ire. Unde sequit: d ¶Vacate ⁊c. Et est vox illa:de qua supra dictũ est: Dñs dedit vocem suã. Idem est ergo ac si dicat propheta: Dñs faciendo istam pacẽ: eoipso q̃ faciebat eã/dicebat: Vacate/a bellis ⁊ omni strepitu: e ¶Et videte:per fidem: f ¶Quia ego sum deus. Ego.s.qui i carne visibilẽ me demõstro (Ego em̃ pronomen est demonstratiuum) Sum deus:licet homo sim. Et ego de⁹ ⁊ homo: g ¶Exaltabor i gentib⁹: primo. Et post/ h ¶Exaltabor in terra:scz iudea:qm̃ reliquie israel saluę fient. Et sic videntes/dicite quod sequit:

Esa.10.c. Ro.9.f.

i ¶Dñs virtutũ nobiscũ:p naturę ꝓformitatẽ: k ¶Suscep⁹ nr̃ de⁹ iacob: q̃ nostrã naturã suscepit:⁊ nos ad pnitentiã recipiet/si velim⁹ ad ipsũ ꝓuerti.

Dozaliter

* comburet igni. Per arcum/qui de longe ferit:significanꝫ insidię diaboli. Per arma/bona tẽporalia. Prouerb. xxij.a. Diuitię ⁊ gloria ⁊ vita:arma ⁊ gladij in via peruersa. Scuta aũt/sunt defensiones peccatoꝝ. Job.xlj.a. Corpus eius quasi scuta fusilia. Sunt aũt defensiones peccatorũ quattuor.s.excusatio/verecũdia/diminutio/comparatio. Hoc scutũ quadrangulũ ponit diabolus circa collũ ficte cõfitentis. Arcũ ergo contriuit ⁊ conterit:quia per se ⁊ per suos prędicatores insidias diaboli reuelauit. Unde dicit apostolus.ij.Cor.ij.c. Non ignoramus cogitationes eius. Arma confręgit:quia ad contemptum diuitiarum prouocauit. Scuta combussit igni diuini amoris/docens nos nõ solum peccata:sed etiã bona nostra accusare. Unde Luc.xvij.c. Cũ omnia quę prędcepta sunt vobis bene fecerítis/dicatis:serui inutiles sumus. Hoc etiã facit per prędicatores:qui docent homines quõ debeãt confiteri/⁊ diuitias spernere:⁊ diaboli insidias deuitare. Unde Eçech.xxxix.b. Egredienꝫ habitatores de ciuitatibus hierusalẽ:⁊ succẽdent arma/clypeum ⁊ hastã/arcũ ⁊ sagittas ⁊ baculos. Et ideo auferet dominꝰ bella ⁊c. non vt ociosi sitis:sed vt ei intendatis. Unde subiũgit in persona domini: d ¶Vacate et videte/qm̃ ego sũ deus. Alia littera habet: Cessate et cognoscite. Eccl.xxxviij.c. Sapientiã scribe in tempore vacuitatis. Eccl.xj.b. Fili ne in multis sint actus tui. Deus enim nõ est in tumultuosis:nec ipsi cognoscunt eũ. Unde Job.xxviij.b. Abyssus dicit/nõ est i me:⁊ mare loquit/nõ est mecũ. Ergo/Vacate:nõ tũ per pigritiã: quia vt habet Eccl.xxxij.d. Multam malitiã docuit ociositas. Et dicit quidã: Otium est vacare deo:immo negocium negociorũ. Sed dico q̃ ocium est qõ nullam habet vtilitatem/aut vtilitatis intentionem. Et tale ocium oim̃ temptationũ ⁊ malarũ cogitationũ sentina est.

Vacandũ est

- Ab actionibus exteriorib⁹:ꝓt sapientiã addiscẽdam. Eccl.xxxviij.c. Sapientiã scribe in tempore vacuitatis.
- A secularibus negocijs:ꝓpter prędicationẽ. Act.vj.a. Non est equũ nos derelinquere verbũ dei ⁊c. ij.Timoth.ij.a. Nemo militans deo implicat se negocijs secularibus.
- A litibus:ꝓpter peccatũ vitandũ. Eccl.xxviij.b. Abstine te a lite/⁊ minues peccata. Prouerb. xx.a. Honor est homini qui separat se a contentionibus.
- A vitijs:propter virtutes. Esa.j.e. Quiescite agere querse ⁊c. Osee.xiij.b. Omnẽ aufer iniquitatem ⁊ accipe bonũ ⁊c.

l ¶Qm̃ ego sum deus. Hoc esset bonũ attendere. De⁹ em̃ interpretat/videns/currens/terrens: Ipse em̃ est videns omnia opera hominis. Eccl.xvij.b. Uię illorũ coram ipso sunt semp. Et sequit: Oculi eius sine intermissione inspicientes in vijs eorũ. Esa.lxv.a. Populus qui ad iracundiã p̃uocat me/ante faciem meã semp. Item ipse est currens ad iudicium. Esa.iij.c. Stat ad iudicandũ domin⁹. Nõ dicit venit/sed iam stat: vt notetur velocitas ⁊ inopinatus ⁊ repentinus aduentus iudicij. Et hoc ipso est terrens. Amos.iij.b. Leo rugiet/quis nõ timebit? Dan.vij.c. Fluuius igneꝰ rapidusq̃ egrediebatur a facie eius.

a ꝓteret et cõfringet arma:et
b scuta combũret igni. Vaca-
c te ⁊ videte qm̃ ego sum de-
d us:exaltabor in gentibus ⁊
e exaltabor in terra. Dõmi-
f nus virtutũ nobiscũ: suscep-
g tor noster deus iacob.

¶In finem psalmus dauid pro filijs chore.

l o Omnes gẽ- XLVI
m tes plaudite mãni-
n

g ¶Exaltabor i gẽtibus ⁊ exaltabor in terra. Bis dicit/Exaltabor: in quo notat duplex christi exaltatio. Prima in cruce/i passione: Secũda in cęlo/in ascensione. De ꝑma. Job.iij.b. Sicut moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis. Et Job.xij.e. Cũ exaltatus fuero a terra:omnia traham ad meipsum. De secunda: Act.j.a. Videntib⁹ illis eleuatus est ⁊c. Ps. Eleuata est magnificẽtia tua super cęlos i ¶Dominus virtutum nobiscum. Iste versus supra expositus est:quia bis ponit. Primo septimo loco:qui numerus est numer⁹ vniuersitat̃: Et hoc significat q̃ dñs est nobiscũ in plenitudine gratię. Secundo ponit in vltimo loco: In quo significat q̃ dominus erit nobiscũ vsq̃ i finem sęculi:sicut dicit Matth.xxviij.d. Uobiscũ sum omnibus diebꝰ vsq̃ ad consũmationem sęculi. Josue.j.a. Nõ te deseram neq̃ derelinquam. Idẽ ad Heb.xiij.a. Item in primo loco vbi ponitur iste versus/est applausus: hic vero est gratiarũactio. k ¶Susceptor noster deus iacob: id est luctantiũ ⁊ supplantantium vitia:quos ipse suscipiet in ęterna tabernacula:⁊ nos ibi coronabit/si hic victores ⁊ supplantatores fuerimus: Et dicet nobis qõ dixit iacob Gen. xxxv.b. Non vocabers̃ vltra iacob:sed israel erit nomen tuum:id est amplius non eritis in lucta:sed pro victoria coronati: decętero videbitis deũ facie ad faciẽ in vita ęterna: Ad quã ipsemet victor christus nos pducat/Amen.

Ps.j.c.

¶Expositio psalmi.XLVI.

o Omnes gentes plaudite manibus ⁊c. Titulus. In finẽ psalmus dauid ꝓ filijs chore. In prędcedenti psalmo gentes vocauit ad fidem: In isto easdẽ gentes ad laudẽ inuitat: Ipsę em̃ gẽtes p̃uersę:sunt/filij chore.i.filij passionis. Uñ is est sensus tituli: Psalmus/iste/est/dauid/prophete: qui hic loquitur in persona apostolorũ. Pro filijs chore.i.pro conuersis gentibus dirigendis. In finem.i.in christi laudem. Et ex hoc patet intentio:quę est monere ad laudẽ. ¶Modus. Bipertitus est psalmus. Primo gentes per gratiã dei conuersas inuitat ad laudem dei. Secundo ascensio ⁊ regnũ dei describitur:⁊ propter hoc monet instanter psallere:ibi: Ascẽdit deus in iubilo. In persona ergo apostolorum loquitur ad gentes conuersas:⁊ in persona omniũ prędicatorum loquitur ad omnes fideles. Dicit ergo: O vos l ¶Omnes gentes:quę recepist̃ beneficiũ gr̃ę dei: m ¶Plaudite/gaudete: Nõ solũ voce:sed n ¶Manib⁹.i.bonis opib⁹.

* Jubilate deo

l ¶Omnes gentes ⁊c. Dozaliter vox est p̃dicatorũ: Nõ paucos em̃ vocat dñs/sed omnes gentes: quia vult omnes saluos fieri: Et prędicatores debent omnes hortari ad laudẽ dei: sicut hic. Perfecta aũt laus dei consistit in tribus: videlicet/i mentl̃ deuotiõe/vocis ꝓfessione/⁊ exteriori opere. Ad q̃ tria hic inuitat. Ad opationẽ p̃ hoc qõ dicit: m ¶Plaudite manibus. Ad mentis deuotionem: p hoc qõ dicit:

Dozaliter 1.Timoth.2.b.

Laus ꝓfecta consistit in tribus

* Jubilate deo

a ¶ Jubilate deo: Quō? b ¶ In voce exultatiōis. i. laudate deū/in voce exprimēte mentis exultationē ꝑ eternis. Et bene tangit hic duo quę sunt in iubilo: sicut infra dicitur. Jubilus/est ineffabile gaudiū: qd nec taceri potest nec exprimi valet. Propter gaudiū dicit: Exultatiōis: qz taceri nō pōt. Dic/ In voce: ideo plaudite et iubilate: c ¶ Qm dns: cuius vos ser/uos fecistis: Est d ¶ Excelsus: Excelsi/or enim oi creatura/potens exaltare sibi ser/uiētes. e ¶ Terribilis/eis q nolūt ei seruire. Et f ¶ Rex/ suos bene regēs. g ¶ Magn: qz h ¶ Sup omnē terram. Ps. Dni est terra et plenitudo eius etc. Et alibi: Meus est orbis terre et plenitudo eius. Et ex hoc apparet q magn sit: Quia i ¶ Subiecit/nobis aplis: q sumus hoies paupes et abiecti: k ¶ Populos. i. iudęos rationales/legē habētes. Hoc dicūt quātū ad illos iudęos q crediderūt. l ¶ Et gētes. i. barbaras nationes/q̄ legē nō habebāt: sed gentilit viuebant. m ¶ Sub pedib nostris. Modus est loquēdi/sicut vulgo dicim: Iste tenet eū sub pede. i. dominat ei. Vel/Sub pedib nostris. i. sub prędicatiōe nostra. Esa. lij. b. Qz pulchri sup montes pedes annunciantis et ꝑdicantis pacē. Et hoc qdē nō indiscrete fecit: Sz n ¶ Elegit nobis hereditatē suā. i. sua dispositiōe discreta cōmisit eā nobis. q. d. elegit nos vt essemus prędati ecclesię/quā vocat hereditatē suam: qz eā iure hereditario possidet. Ps. Beata gens cuius est dns deus eius: plus quē elegit in heredi/tatē sibi. Hoc est qd dicit: Elegit nobis/dare/hereditatē suā: vt eā custodiam/et colam vomere linguę. i. ꝑdicatione/arando: et postmodū bonū semen seminando. Hereditatē/dico/ p ¶ Speciē. i. quę ē species: q ¶ Jacob: id est filis iacob/vel significata ꝑ iacob: quia sicut iacob dedit eduliū lentī ꝑ primogenitura: sicut habet Gen. xxv. d. ita ipsi dant ista tpalia ꝑ hereditate regni cęlestī. r ¶ Quē dilexit. Unde Malach. j. a. Jacob dilexi: esau aūt odio habui. Sic dns tales diligit: et magnū/imo maximū signū dilectiōis dei est: qn dat hoi gratiā/vt omnia relinquat ꝑ eū. Vel in pona totm ecclię dicūt apli: i ¶ Subiecit ppl'os nobis et gētes sub pedibus nostris: qz etiā ppli et gētes qui nō credūt/ecclesiā timēt et reuerent: et ab ea qnq̄ petūt auxiliū. Esa. lx. c. Ponā te in superbiā seculoꝝ: gaudiū in generatione et generationē. Et hoc significat ī ecclia pannus qui ponit illic vbi debet legi euangeliū: qui dicit fastic siue fasticū/a fastu. j. Cor. iij. d. Omnia vestra sunt. Et Luc. x. c. Etiā demonia subijciunt nobis. Nec tm ista facit dns ecclię in ꝑsenti: sed in futuro dabit ei hereditatē regni cęlestī quā ei prędparauit: Unde sequit: n ¶ Elegit nobis hereditatē suā. i. nō nostris meritis/sed sua electione dabit nobis/hereditatē suā. s. eternā patriā. i. quę hereditas: est/species: id est pulchritudo/ q ¶ Jacob. i. minor populi: quia ibi apparebit pulchritudo in eo: quando fulgebūt iusti sicut sol. r ¶ Quē dilexit: qz ex amore quē habet erga eū/illā hereditatē ei prędparauit.

a bus: iūbilate deo i voce exultatiōis. Quōniā dōminus excelsus/terribilis: rex magnus super omnem terram.

i Subiecit populos nobis: et gentes sub pedib nostris. l Elegit nob hereditatē suā: speciem iacob quē dilexit.

Ps. 23. Ps. 49. Ps. 32. Ps. 97. Matth. 13. f.

Ut. plebes

Ut. quā †Ps. 79.

Moraliter de prędatis

Tria genera hoim q̄ ꝓculcādi sūt a ꝑlatis

Aliter

Moraliter. * a ¶ Jubilate deo. Ad oris ꝓfessionem/per hoc q dicit: b ¶ In voce exultationis. Vl' ꝓfessio notat in hoc q dicit: In voce. Mentis deuotio/in hoc qd dicit: Exultationis. Sed notandū q duplex est plausus. s. malus: de quo Hiere. v. g. Stupor et mirabilia facta sūt in terra: Prophete ꝑphetauerūt mendaciū: et sacerdotes plaudebāt manibus suis. Eccj. xij. d. Plaudebit manu et multa susurrans/cōmutabit vultū suū. Ite bon plausus: sicut hic. Et infra: Flumina plaudent manu: simul montes exultabunt a ꝓspectu dni. c ¶ Qm dns excelsus terribilis: Immo videt q deberet dicere: Qm amabilis est. Sol'. Terribilis est malis: amabilis bonis. Et de vtroq̄ gaudendum et iubilādū est a sanctis viris. Est ergo/Dns tuus/si seruis: Excelsus/si credis: Terribilis/si times: Rex/si militas: Magnus/si te humilias: Sup omnē terram/si nō repugnas: si caro tua sit subdita spiritui. Vel sic loquit contra sex vitia: c ¶ Dns/contra inobedientiā. Ro. x. c. Nō omnes obediunt euangelio. d ¶ Excelsus/cōtra curiosos perscrutatores. Job. xj. b. Excelsior cęlo est/et qd facies? Et Eccj. iij. c. Altiora te ne q̄sieris. e ¶ Terribilis/cōtra luxuriosos. Job. xxv. a. Potestas et terror apd eum ē. f ¶ Rex/contra superbos: qui iniuriant alijs. Ps. Qui regis israel intē/de. g ¶ Magnus/cōtra auaros. Malach. j. d. Rex magnus ego sum. Cōtrariū dicit de antichristo. Esa. xiiij. g. De radice colubri egrediet regulus: nō rex. Et dicit quidā q superbia puenit ex paruitate cordis: hūilitas aūt ex magnitudine. Et de rege terreno dicit Job. iiij. g. Erat quidā regulus. h ¶ Super omnē terram/contra hereticos manicheos: q̄ dixerūt eū tm deū cęli: et diabolū ē deū terre: Sed ipse est rex super omnē terram. Ipse em in principio creauit cęlū et terrā: vt habet Gen. j. a. Sed manichei dicūt sicut dixerūt syri. iij. Regl. xx. e. Dei montiū est dns: et nō est deus valliū. Et ibi sequit: Scietis qz ego dns. i ¶ Subiecit populos nobis: et gentes sub pedibus nris. Moraliter hoc possunt dicere boni prędati: et est contra superbos ꝑlatos/q̄ bonos subditos volunt ꝓculcare. Unde dicit: Subiecit populos. i. rōnabilit et humiliter vinētes. k ¶ Nobis/vt prędimus eis: Nō em conculcandi sunt/licet subditi sint: Sed supbi et male viuētes conculcandi sunt: Unde addit: l ¶ Et gētes. i. gentilit viuentes: m ¶ Sub pedib nostris/conculcandos. Judic. v. c. Conculca anima mea robustos: nō humiles et simplices. Esa. xxviij. a. Pedibus cōculcabit corona superbię ebrioꝝ ephraim. Hic notant tria genera hominū/qui conculcandi sunt a prędat. s. superbi/cū dicit: Corona superbię. Gulosi siue luxuriosi/cū dicit: Ebriorū. Auari aut cupidi/cū dicit: Ephraim. Subiecit/dns/nobis: nō nos: qz nemo assumit sibi honorē etc. Heb. v. a. Sed dicit Amos. vj. d. in persona multorū: Nōne in fortitudine nra assumpsimus nob cornua? n ¶ Elegit nobis. Hic ꝓsus de ꝑlatis ita exponit: sicut supra de apostolis. j. Machab. iij. e. Elegit iudas sacerdotes sine macula/habētes voluntatē in lege dei: et mūdauerūt sancta. Potest autē cōmunit de omnibus fidelibus expoui isti duo ꝓsus. i ¶ Subiecit ppl'os nobis. i. mor rōnis: qui debent regi et foueri i bonū. l ¶ Et gētes. i. gētiles et brutales mor: m ¶ Sub pedibus nostris: vt cōculcent a nobis. Gen. iiij. a. Sub te erit appetitus ei: et tu dominaberis illius. Et Gen. iij. c. Ipsa ꝓteret caput tuū: hoc est initiū suggestiōis. n ¶ Elegit nobis. Loquitur de domino sicut de bono patre: qui quādo fit partitio inter filios: dilecto filio melioē partē eligit: nec sustinet q ille filr eligat: qz cito deciperet. Ita multi sunt qui libenr eligerent gaudere in diuitijs et delitijs et honoribus ī prędenti/q̄ hic affligi vt postea hereditatē eternam haberēt: Heb. xj. c. Sz dns/elegit nobis: quasi nescientibus eligere: o ¶ Hereditatē suā/vitam eternam. p ¶ Speciē iacob. i. pulchritudinē christi: qui supplantauit diabolū. r ¶ Quē dilexit: deus pater. q. d. Hoc bonū fecit nobis deus/q illā hereditatē reseruat nobis: in qua similes erimus christo in pulchritudine. Phil. iij. d. Reformabit corpus humilitatis nostrę: configuratū corpori claritatis suę. j. Joh. iij. a. Nunc filij dei sumus: et nondum apparuit qd erimus: scimus autē/qm̄ cū apparuerit/similes ei erimus. Vel sic: p ¶ Speciē iacob quē dilexit/dico q elegit nobis hereditatē. Hereditatē/dico/speciem iacob. i. significatā per speciē. i. per speciosam rachel: quā rachel dilexit iacob. Gen. xxix. d. Seruiuit iacob ꝑ rachel septem annis: et videbant illi pauci dies prę amoris magnitudine. Sz sicut iacob cupiēti habere rachel/introducta prius fuit ad eū lia/quę interpretat laboriosa: ita et nobis si vo-

Plausus duplex

Ps. 97.

Aliter in pona ecclie totius

* lumus habere rachel/quę interpretat visio/siue videns deum: hoc est vitā ęternā: prius oportet q̃ accipiamus laborem huius vitę:qz p multas tribulatiões oportet nos intrare in regnũ dei:sicut dicit Actj.xiiij.d. Et ipsum christum oportuit pati/et ita intrare in gloriam suam: sicut dicitur Lucj.xxiij.d.

Secũda pars Al.+iubilatiõe

a Ascendit deus ꝛc. Secunda pars/vbi ascensio et regnũ dei describit. Dicunt ergo apostoli conuersis gentibus:ꝛ prędicatores cunctis fidelibus:Ascendit.q.d.nõ solũ elegit nobis hęreditatẽ: sed et ascendit vt nobis pararet locum:fm q̃ ipse dicit Joh.xiiij.a.Vado vobis parare locũ. Mich.ij.d.Ascendet pandens iter añ eos. Deut.xxxiij.d.Ascẽsor cęli auxiliator tuꝰ. Ascẽdit deus in iubilo/angelorꝫ: b In iubilo/apostolorũ:In iubilo/redemptorꝫ:In iubilo/prio.

Jubilauerũt angeli ꝓter tria.s.
- De hominũ reparatione.
- De suę ruinę restauratione/vel restitutione.
- De sui regis exaltatione.

Jubilauerũt apli ꝓt tria.s.
- De spũsscti certa ꝓmissione.
- De gentiũ multa ꝓuersione.
- De christi glorificatione.

Jubilauerunt redempti propter tria:scilicet
- Propter collis humiliationẽ.
- Propter suam redemptionẽ.
- Propter angelorum associationem.

Jubilauit christꝰ ꝓpt tria:scilicet
- Quia opus nostrę salutj ꝓsũmauit.
- Quia diabolũ superauit.
- Quia patris voluntatẽ impleuit.

Dicit ergo:Ascendit deus:in cęlum. In iubilo/apostolorum :qui de eius ascensione admirantes ꝛ gaudentes/iubilabant.Quid sit iubilus/dictum est supra. Et dicitur in Glo. videlicet/q̃ iubilꝰ est ineffabile gaudiũ/quod nec tacerj potest:nec exprimi valet. Sed nos addere debemꝰ/ habitum pro ęternis. In qua diffinitione notantur tria: videlicet:gaudium/tanq̃ subiectum:incomprehensibilitas laudati:insufficientia laudãtis. Quasi gaudens dicat cum Iere/mia.j.b.A/a/a/puer sum/nescio loqui: non sufficio laudare quem laudo:quia incomprehensibilis est:ꝛ ego non sum nisi balbutiens. Et nota etiam q̃ non dicit/assumptus est/vel translatus:sicut dicitur de beata virgine:Assumpta est maria in cęlum : Et enoch/q̃ transtulit eum deus: Heb.xj.a. Gen.5.c. Sed dicit/Ascendit:propria virtute/non indigens alterius adminiculo: Tamẽ habebat angelos sibi ministrãtes. Unde sequitur: c Et dominus/ascendit/in voce tubę:id est manifesta/scilicet in voce angelorũ : qui manifeste dixerunt apostolis : Viri galilei/quid statis aspicientes in cęlum ꝛc. Quia ergo ascendit vt nobis locum prępararet/ vnde iubilauerunt apostoli:debemus ꝛ nos gaudere: Unde monet nos propheta in persona apostolorum vel prędicatorum/vt psallamus. Unde sequitur : d Psallite deo nostro:creatori: id est bonis operibus laudate eum. Et repetit e Psallite: vt bene imprimat cordi nostro. Modus etiam est chorizantiũ quando cantilenas suas dicunt/quędam verba frequenter repetere : vt magis ad gaudium mundi prouocent:Sic prędicatores dñi repetunt verba hmõi/vt nos ad dñi laudem magj inuitẽt. f Psallite regi nostro/victori. g Psallite: Hoc vt supra repetit/propter prędictam causam. Et bene dico: Psallite regi: h Quoniã rex omnis terrę deus:non tm̃ cęli/sed triplicis terrę/viuentiũ/morientium/ꝛ mortuorũ : scilicet/cęli/mundi/ꝛ inferni . Malach.j.c. Ab ortu solis vsq̃ ad occasum/magnũ est nomen meũ in gentibus. Et quoniam/ipse/deus/creator est:Rex/gubernans creata:ideo psallendũ est illi/ꝛ nõ idolis lapideis ꝛ ligneis . Unde sequitur : i Psallite sapienter. Sapienter em̃ psallit/qui deo psallit: Insipienter/qui idolis psallit:sicut olim psallebant gentes/ꝛ insipientes erant. Et sunt illę gentes:quę relicto domino/idolis seruiebãt:quia velint nolit/dominus regnabit super eas. Unde sequit: k Regnabit deus:qui est omnipotens l Super gentes. Ps.Reges eos i virga ferrea:ꝛ tanq̃ vas figuli confringes eos. Ecech.xx.e. In furore effuso regnabo super vos. Vel in bono: k Regnabit deꝰ super gentes/omnes:quia de omni gente habebit credentes ꝛ obedientes ei:qui olim tm̃ super iudęos hoc modo regnabat. Nec mirum si super gentes regnet:qui etiam super angelos regnat. Unde addit: m Deus/scilicet christꝰ:de quo Ps. Dixit insipiens in corde suo: non est deus: n Sedet/ad dexteram patris: o Super sedem sanctam suã:scilicet angelos. Unde in Ps. Qui sedes super cherubin. Dico q̃ regnabit sup gẽtes: Quia/ p Principes populorum: vt centurio ꝛ cęsares: q Congregati sunt:conuenerunt / credentes/ cum deo abraã:

a Ascendit deꝰ:in corda hominũ/p deuotionẽ. b In iubilo ꝛc. Quo em̃ sunt in ecclesia:q̃ prędicpue mouẽt ꝛ excitant ad deuotionẽ: videlicet officiũ ecclię/ꝛ p̃dicatio. Primum notat per iubilum. Secundũ per tubã. De ascẽsu dic/Iere.lj .f. Recordamini procul dñi ꝛ hierusalẽ ascendat sup cor vestrũ. De iubilo dicit in p̃ncipio officij ecclesię: Venite exultemus dño:iubilemus deo salutari nostro. Ps.94. Qñ aũt ecclesia cantãdo circa eandẽ vocẽ varias format melodias/tũc iubilũ exprimit: vt ĩ alleluia:ꝛ hmõi. De tuba p̃dicationis. Ps. Buccinate ĩ neomenia tuba:i insigni die solennitatj vrę. Ps.80. In p̃cipuis em̃ festj/p̃cipue p̃dicãdũ est.

Est iubilꝰ
- Incipiẽtiũ:q̃ fit inter syllabas eiusdẽ dictiõis.
- Proficientiũ:q̃ fit in fine versiculorꝫ.
- Perfectorꝫ:q̃ fit in fine antiphonarꝫ.

d Psallite ꝛc. Hic moraliter est notandũ/q̃ quinquies dicit/Psallite: vt omnibus quinq̃ sensibus nostris psallamus. Et ꝓt ista quinq̃ dicit in hymno: Os/lingua/mens/sensus/vigor/cõfessionẽ personent. Vl q̃nquies dicit/Psallite.q.d.psallite/corde/ore/opere/consuetudine/finali perseuerantia. In vltimo aũt/Psallite/addit: Sapienter: quod ad omnia quinq̃ referri debet: vt sapienter.i.cũ sapore dei psallamus. Bern. Cibi in ore /psalmus in corde:nõ negligat anima illum terere dentibus intelligentię suę/ne si forte integrũ glutiat/frustretur palatũ sapore dulciori sup mel ꝛ fauum. Aug. Hoc versetur in corde/quod proferꝝ in ore. k Regnabit deus super gentes. Ita deberet esse: Sz multi faciunt q̃ diabolus regnat super eos. Job.xlj.d. Ipse est rex super omnes filios superbię. Job.xlij.d. Qui facit peccatum/seruus est peccati. m Deus sedet super sedem sanctã suam:id est super aiam viri iusti: quę est sedes/per humilitatem. Esa.vltj.a.fm aliam translationem:Super quem requiescet spiritus meus : nisi super humilem ꝛ quietũ ꝛc. Sanctã/per terrenorum contemptum: Suam:id est propriam dei/per voluntatis proprię abrenunciationem .Sz non sedet ibi/nisi sedes sit parata . Ps. Justicia ꝛ iudicium prępara tio sedis tuę. p Principes populorum congregati sunt cum deo abraã. Hi sunt angeli:qui principatum accęperunt super populos : et q̃si dispersi sunt p diuersos populos : fm q̃ habet Daniel. x.c . de principe regni grecorũ:ꝛ de principe regni persarũ: ꝛ de michaele/principe iudęorũ. Heb.j.d. Omnes sũt administratorij spiritus/in ministeriũ missi propter eos qui hęreditatem capiunt salutj. Sed propter peccata hominũ cogũtur isti principes relinquere eos: fm q̃ dicit i Ecclesiastica historia:q̃ audita est vox angelorũ dicentiũ: Transeamus ab his sedibus. Sic ergo potest istud exponi: Principes populorum.i.angeli: q Congregati sunt cũ * deo abraã:

Ps. Al.+ut ligo Al.+dois Al.+ostiis. Al.+puero Ps.13.et.5. Ps.79. Moraliter Ps.94. Ps.80. Ps.88.

a Cum deo abraam: id ē christo/qui est deus abraam. Et sic suscitauit deus filios abraę de lapidibus: fm qd dicit Matth.iij.b. Baruch.iiij.g. Filij tui veniūt collecti ab oriente vsq̃ ad occidentē: in verbo sancti gaudentes in honorem dei. Ideo congregati sunt: q Quoniā dij fortes terrę. i. iudęi vnicornes propter cultū vnius dei. Dij/qui/bus dixit dominus: Ego dixi dij estis. Terrę. i. terrena diligentes: quia christum occiderunt ne perderent locū: Ūñ r fortes/dici possunt. Ipsi tales/ d Eleuati sunt: per superbiam. Non parum: sed c Vehementer: quia christum recipe noluerūt: Et ideo p̃ncipes r populi gentiū ꝓgregati sunt ad vnitatē fidei christianę: fm qd dicitur Ro.xj.c. Ceciditas ex parte contigit in israel: donec plenitudo gentiū intraret. Vel ideo congregati sunt: Qm̃ dij fortes terrę. i. apostoli/fortes in fide r dilectione: quia neq̃ mors neq̃ vita potuit eos separe a charitate christi: vt dicitur Ro.viij. g. Vehementer eleuati sunt: signis r miraculis/domino cooperante: r sermonem confirmāte sequentibus signis: War.vltj.d. Et i Pś. dicit de ipsis: Nimis honorificati sunt amici tui deus. Hoc idem est/q vehementer eleuati sunt.

a gregati sunt cū deo abraā:
b qm̃ dij fortes terrę † vehemē
c ter eleuati sunt.

Pś. vl laus cantici filijs choze/secda sabbati. XLVII.

Moraliter * deo abraam: reuertētes ad eum/ relictis populis ad quos dispersi r missi fuerant. Et quę est causa: b Quoniā dij fortes terrę: id ē pręlati: c Vehementer eleuati sunt: per superbiam. Dij eñ sunt/per scientiam: scientes bonū r malū. Vl quia se faciunt adorari sicut dij. Unde Zach.xj.d. O pastor r idolum. Fortes sunt/per sęcularē potentiā. Terrę/per terrenorū abundantiam. Vehemēter eleuati sunt: per nimiam superbiā. Et propter peccata eorum r malum exemplum/corruunt subditi in peccatū: sicut dicitur Prouerb.xxviij.b. Regnātibus impijs/ruinę hominum.

Pś. 158.

Expositio psalmi. XLVII.

m Agnus dominus rc. Titulus. Psalmus vel laus/cantici filiorum: vl filijs choze/secunda sabbati. Prima die creauit deus lucem/r diuisit eam a tenebris. Secunda die creauit firmamentū: r suis ornauit luminaribus/sole r luna. Quarta die/stellis. Per hoc q̃ prima die creauit lucem/significauit se die dominico/qui primus fuit aliorum creatione/resurrecturū: r separaturum lucem immortalitatis/a tenebris mortalitatis. s. peccati. Item sicut secunda die firmamentū creauit r ornauit: sic post resurrectionē quasi secūda die fundauit ecclesiam per apostolorū prędicationem: quę dicitur fundamentū fidei. Supra in illo psalmo: Domini est terra: Ubi apponit titulo: Prima sabbati: agit de resurrectione: Hic aūt vbi in titulo ponit/Secunda sabbati: agit de constitutione ecclesię. Et est sensus tituli: Psalm⁹/iste quo monemur ad bonā operationē: Vel/Laus: qz docemur laudare deū. Cantici: in quo describitur cantilena laudādi deū: est/filiorum choze: vel ascribit/filijs choze. i. imitatoribus passionis christi. Psalmus/dico/habitus pro his quę facta sunt/secunda sabbati. i. pro significatis eorū: videlicet pro fundatione ecclesię: quę significata est per opera secundę diei. Est ergo materia huius psalmi/laus dei/pro cōstitutione ecclesię r fundatione ipsius/quę est ciuitas summi regis. Et bene sequit iste psalmus pręcedentē: quia in pręcedēti inuitauit ad laudandū spōsum r sponsam: hic aūt psalmus ponitur pro cantilena/in qua laudat rex r ciuitas: sponsus r spōsa. Intentione eñ monet vt ciuitatē istam amplificemus.

Pś. 23.

Partitio psalmi.

Modus. Bipertitus est psalmus. Primo agit de fundatione ciuitatis: r eam describit r cōmendat. Secundo gratias agens de aduentu fundatoris. i. christi: monet de gradib⁹ ecclesię distribuendis/per quos saluator possit agnosci: ibi: Suscepimus. In prima parte cōmendat ciuitatē quę est ecclesia/quinq̃ modis: videlicet/a dignitate conditoris: ibi: Magnus dñs. Item a situ: ibi: In monte sancto. Tertio ab amplitudine: ibi: Fūdat exultatione vniuersę terrę rc. Quarto a benignitate regis: ibi: Cū suscipiet eā. Quinto a stabilitate ipsi⁹ ciuitatis: ibi: De⁹ fundauit eā in eternū. De primo g dic: e Magnus dñs. i. dñs est magn⁹: qz sine termino: cuius potentia termino caret. Tob.xiij. a. Magn⁹ es dñe i ęternū. Pś. Magnitudinis eius nō est finis. Eccj.xliij.d. Terribilis dñs r magn⁹ vehement. f Et laudabilis: qz bon⁹ est: Bonū eñ laudabile est. Pś. Laudate dñm qm̃ bon⁹ dñs. Nec parū ē laudabilis: sz g Nimis. Eccj.xliij.d. Glorificantes dñm quātūcūq̃ potueritis: supualebit adhuc: r admirabilis magnificentia eius. Et qz sunt quidā qui magni reputant: qz inter paruos r in parua villa habitant: de quibus parua fieret mentio in magna ciuitate: Ideo ne dñs talis putet/bene sequit: h In ciuitate dei nostri: in ecclia: in qua fideles quasi ciues vniunt in fide r charitate. Et posset aliq̃s dicere: Multę sūt ciuitates quę nō sunt famosę nec nominatę: Ūñ adhuc sequit contra istā exceptionē: i In mōte. In ciuitate dico sita/i mōte sācto eius: r ideo famosa. Matth.v.b. Mō potest abscondi ciuitas supra montē posita. Mons iste in quo fundata est ecclesia/christus est: De quo Esa.ij.a. Erit in nouissimis dieb⁹ p̃parat⁹ mōs dom⁹ dñi in vertice montiū: r eleuabit super colles. Et sequit de fundatione ecclesię: Et fluent ad eū omnes gentes rc. Et in hoc: vt p̃dictū est: cōmēdatur ciuitas a situ. Postea cōmendat eam ab amplitudine: Unde sequitur: k Fundatur/hęc ciuitas super fundamentum suum montē prędictum. s. christū. De quo. j. Cor. iij.c. Fundamentū aliud nemo potest ponere pręter id qd̃ positū est qd̃ ē christus iesus. Et hoc l Exultatione. i. in exultatione: vel per exultationē: m Vniuersę terrę: * Quia eñ

Cōmēdatio ecclesie ex quinq̃

Vl. † valde

Vl. † Dilatans

Pś. 144.

Pś. 134.

Moraliter

Moraliter: e Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri. Ciuitas dei/ē religio: in qua est ciuiū vnitas/corporū r mentiū/r victus r vestit⁹. Est etiam mons sctūs/p eminentiam sancte vitę. h In ciuitate/ergo/dei nostri: et/in monte sancto eius: id est in tali religione: est. i. habetur e Dominus magn⁹: quia omnia quę sunt in mundo pro nihilo reputant/vt deum possint habere. Unde Phil.iij.b. Omnia detrimentum feci r arbitror vt stercora: vt christū lucrifaciā. f Et laudabilis nimis/habetur ab ipsis: qui vt eum libere possint laudare/corde/ore/opere: ab omni cura sęculi se exuunt: vt dicere possint: Benedicam dominū in omni tempore: semper laus eius in ore meo. s. vl in prędicatione vel in oratione vel in lectione. Illi qui ita temporalia amplectūtur r desiderant q̃ de domino parum aut nihil curant: et qui ita curis sęculi se implicant q̃ laudi diuinę non possint vacare: dominum nec magnum nec laudabilem se reputare ostendunt. Posset autē aliquis dicere: Nec in ciuitate religionis laudabilis est dominus: quia de rapinis r sanguine pauperum fundata est hęc ciuitas r edificata: et ita potius potest eis dominus dicere: Nomen meū per vos blasphemat inter gentes: sicut dicitur Ro.ij.d. et Esa.lij.b. Hoc autē remouet cum dicit: k Fundatur/ciuitas religionis: In l Exultatione vniuersę terrę: quia in paupertate fundata fuit: ita q̃ nulli calumnia aut iniuria fiebat: et ita nullus conquerebatur: nullus ꝓtristabatur: sed omnes exultabant de fundatione religionis: r dominū huius ciuitatis/deū videlicet glorificabant. Propter hoc etiam habetur in regula beati Benedicti/q̃ si forte res aliqua monasterij sit vendenda/pro minori precio detur: vt in omnibus glorificetur deus.

Pś. 33.